

92
Incipit Nobilis questio de Custodia lingue.
a corde bene ruminanda. Venibilis Magistri Jo-
hannis Gerson. Sacre Theologie doctoris p-
clarissimi. a Cancellarij parisiens.

O Veritur. An male loqui de alijs in eo-
rum absentia sit semp peccatum. Videtur
q sic. qz nullus vellet q hoc de se aut
sibi fieret. ergo id nec facere d; alijs
aut contra alios. consequentia tenet p illa gnalem
divi a huius iuris regulam. Qd tibi non vis fieri
alteri ne feceris. Sz in oppositum arguitur qz si sic
tunc fere totus mundus esset in periculo dampna-
tionis perpetue. a etiam multi religiosorum. Nam
comuiter cum hoies conveniunt dedinat facillime
ad loquendum de absentibus. a utina tam cito de
eorum bonis sicut prohdolor de eorum malis. Non
nunquam aliqui loquuntur de mala vita politiam re-
gentium a aliorum secularium ut aiunt. non mala inten-
tione. Pro responsione itaqz sciendum. q actio
moralis libera. accipit vituperium vel laudem. a pec-
catum ex suis circumstantiis. a spaliter ex circum-
stantia finis. Inquirendum est igitur ad quem fi-
nem d; malum de absentibus. a occurrunt sex fines
gnales. Quorum eni hoc fit ad instructioem presentium
a id audientium ut caueant simile facere malum.
Quorum fit ad presentium cautelam. ne scilicet ex ignorantia

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

decipiant p malā alioꝝ societate quos p̄sumūt
esse bonos. Quāq; fit ad vtilitatē absētum ut vi
delic; p̄fetes eis referāt p ipōꝝ correctioē a emē
dacōe. Quādoq; fit ex q̄dā opassioē aicabili ut
scilicet seipsum a audientes referens. prouoc;
ad orandum instantius pro aliorum peccatis
a eorum conuersione. Quādoq; vero fit ex sola
curiositate a assueta loquacitate a quadam li
bidine loquendi de alijs. Quandoq; aut fit ex
odio v̄l iuidia a p̄ diminucōe fame aliene a ex
aī indignacōe. Primis q̄tuor mois p̄t eē nō solū
licitū ymo a meritoriū referre mala absētū dū
mō tamē nō intēdat alius finis q̄ aliq̄s p̄nota
toꝝ q̄tuor finū. a si nō misceat alia itēcō fermita
ta a sibi ipi mētēs. Atq; dū bene p̄uideatur ne
sint falsa ea que dicuntur ā in malo vltra q̄ in
se sunt per referentē ampliata ā forsitā sinistra
int̄pretata. Aut etiā q̄ nō plus noceat talis lo
cutio absētib; a eoz fame q̄ p̄sit p̄ntib; a eoz e
dificatiōi. Qm̄ pro puo bono cōsequendo nō ē
magnū malum cōmittendum. Subiunga⁹ etiā
cōdusioꝝ sc̄daz talē. Male loq̄ de absētib; ad solū
satisfaciēdū pp̄rie loq̄citatē a libidi loquēdi de
alijs qui est quintus modus seu finis inter pre
tactos etiam si pro sola deductione temporis a
quasi p̄ solatio hoc fiat ut sic tēpus sine tedio
transseat. vix aut nunquam excusatur a peccato.

et sepius transit in mortale peccatum. Tale enim verbum non est otiosum. de quo iuxta terribilem veritatis comminationem sumus reddituri rationem. sed et vituperatiosum et multipliciter nocivum. Nam hinc ex tali verbo occasionem et rationem magne damnificationis aliorum in sua fama. etiam per hoc cadunt sepiissime tam loquentes quam audientes. vel in indignatione contra eos de quibus fit oblocutio. vel in falsa iustificationem propriam tam cordis quam oris. dum verum cogitatio interior pensans coram se posita aliena mala et sua propria mala quoniamque similia aut maiora palpans tumet et inflatur dicendo. Gracias tibi ago domine deus. quod non sum ego talis. qualis iste de quo tanta mala referuntur. Et sic miser cadit in foetorem quam fecit. et cum illo evangelico phariseo false iusto fit peccatorum quem ipse iudicat si non sepe deterior ei. tamen propter suam superbiam similis. quod etiam peccatorum ut alius. et si non alio modo. Et hoc pharisaicum tam in loquentium quam audientium accipitur facillime. et fit saltem affectu etiam si ratio videatur iudicare aliter. et id ore manifestat. minime attemptet.

Quis autem queret signum quomodo sciet quoniam ex bono sine loquatur. aut malo. de malis propriis. Respondetur. quod dum loquitur aliquis ad bonum illius cuius mala commemorat. ut puta in se et audientibus provocet mentem ad orandum

pro emendatione talis. Necessarium est ut senti-
at tunc in se quādam ad eundem de quo fit ser-
mo compassionem piā dulcemq; misericordem et
caritativum affectum. Et etiam requiritur ut
non nimis longum tēat sermonem de tam ma-
la materia et despicibili. Sicut pia et benigna
mater non delectatur in narrando longe mala
filij sui. Nec etiam dicit illa nisi ex necessitate
utputa ipsi medico aut illis qui eius salutē po-
terunt prodesse et malum adiacens auertere.
Sicq; narrādo suspirat alte tristatur. dolet et ab-
breuiat sermonē quantū preualz. et quātum vi-
detur sufficere ad ostensionem infirmitatis que
sibi tante tristicie causa existit. Sed dum quis
loquitur malum de alijs ex loquacitate sunt sig-
na opposita. Quoniam tunc sentit indignatio-
nem animi contra eos de quorum malis loquitur
et cum quadam amaritudine fellis corrodit et
mordet ipsos absentes. et verbis suis venenatis
linguaq; sua ut gladius acutus acuata lacerat
et dilaniat sine misericordia et sine aliqua con-
passioē. Nec ponit finem verbis suis quia faci-
ari nequit eius vorax invidia. quin licet crudas
omnes carnes et totum sanguinem eius quem
deuorat quātum in eo est absumpserit. Et quā-
uis conscientia sua sibi clamet q; talia agendo
neminem edificet et nonnunquam audientes

scandalizet. nō tñ adhuc cessat qñ quantū tps
patitur venena sua tōliter effundat. Itē signū
est nō fallax cū sic malū loquēdo de absentibus
eos corrigere nime curet. Hoc autē sciri potest
ex eo qz pñtibus nō cōmittit vt absētibus cal
tatie ea q̄ ipē inuide refert denūtiēt. p̄mmo p
sepe postq̄ ad cor reuertitur timet ne id faciāt
et si factū foret nō equo aīo sustineret. Non qz
doleat de alterius iniuria et sua ppria culpa sed
magis de sua vilificacōe ex detractionis nota.
Nollet enī detractor reputari. q̄uis esse nō vitet.
Item signū efficac̄ videtur vt loquens malū de
alijs interroget cor suū corā cordis inspectōe deo
cui mētiri nō potest. q̄uis possit mētiri inq̄tas
sibi ip̄i et q̄rat an vellet qz alius sic loq̄retur de se
corā alijs ea intēcōe ea forma et sic de ceteris cir
cūstancijs qualiter ipse loquitur de alijs. Et nī
fallax ut frequēter respōdebit sibi cor suū si men
daciē tñ veritatē supremē noluit se hoc neq̄q̄
velle. Signū ergo mali ē. Hoc clauo retūditur
nōnulloꝝ excusacō falsa et friuola q̄ cū locuti fu
erunt ad libitū suū de primorū suorū malis au
dēt si sup hoc obiurgātur dicere etiam quādoqz
cōstāter licet mēdaciē se hoc fecisse non mala
intēcōe neqz aīo cuiq̄ nocēdi et nullo mō ex in
uidia. Et si rursum interrogātur. An ergo ex
singulari id egerit dilcōe et aīcicia et ad magnū

perfectū aut modū absentū et an similia dilectōis
et amicitie signa velit erga se similit fieri laqueis
proplexitatis ita capti et irritati sunt ut vel male
factū cōnsciētā suā proferre mēdaciū vel verbū
iniquū et dolosū iniuste dixisse cōnprimū fateri co
gāt. Quorū utriūq; malū ē. Malū igit. et valde
malū multūq; piculosū ē hōi eē p̄mptū ad lo
quēdū malū de absentib; etiā ceteris malis que
de sequūt circūscriptis. Mēs tā loquētis q̄ au
diētū ipediēt a meliorib; et salutaribus postmo
dū ex hoc etiā ivita. Cum enī exposit fuerit orā
dū et deo suādū ad mētē redeūt placeat vel dis
pliceat cū quadā q̄i violētā q̄ p̄us incaute omi
sit vel admittit cū mala op̄lac̄tia. O quāto cōsulti
us ē itaq; loq̄ de bonis ā de peccis et malis p̄p̄rijs
q̄ ita rodere dēte camino alios. Vir etiā demiq;
suas mēsuā q̄n misceat mēdaciū et malū puū
augmētāt et ad p̄tē trahat sp̄ detiore et pene
in nullo excuset aut alleuet ut sic fiat supra mo
dū peccās peccm. q̄i vnū ā simplex peccm non suf
ficiat in p̄mciem ip̄ius loquētis. Veiam⁹ nunc
ad cōdusionē faciā viz loq̄ malū de alio ad finem
sextū sc; directe ex odio vel invidia ē sēp peccm.
Et quādo notabiliter per hoc leditur fama alie
næ et dum loquens hoc aduertit in sua consci
entiā aut aduertere possit et deberet ē grauius
peccatum sepissime q̄ furtum aut q̄ foret efus

carum in sexta feria vel ieiunij eccē magni cuius
cumq; Dura ē hec sētentia sed verissima. Sa
lubre itaq; cōsilium est ad vitādū tam grāde aie
piculū vt hō discat et assuescat ita honeste loq
de absētib; sicut loquēdū eēt si ipi adessent et p
sonaliter sermonē de se platum audirēt. Itē q;
ut homo timorē dei sēp habeat p oculis cordis.
qui vtiq; vbiq; pns ē. et in cuius conspectu loq
tur. Non aut solū hoc sed et cor intuetur et red
det tpe suo vnicuiq; iuxta opa sua. Oret ergo
necesse est quilib; vt poat dominius custodia ori suo
Sed et audientes caueāt sibi ne sint prurientes
aurib; vt delect; eos audiē aliena mala. Quia
iuxta bñ ihero. verissimā sētentiā. Equē reus
ē qui detrahētē libēter audit sicut is qui detra
hit immo nōnūq; ampliori reatu cōstringitur
pē pstitā alteri occasione. Si ei ipse nō libēter
audiss; alē forsā tacuiss;. Et vt amplius pmes
camus tā piculofū lingue viciū. Aduertēdū ē
q; cōiter doctōes ipm nō solū cōpant furto sed
et homicidio immo et pferunt hac racōe. q; in
homicidio occiditur corpus vnū in detractionis
vero viciō occidūtur aie plures. Quia aia detra
hētis aie detractorem libēter audientū et quāq;
etiā aia eius cui detrahitur. Itē q; nōnūq; faci
lius satis fit p homicidio et furto corporali q; p
huiusmodi hōicidio et furto spūali scz detractione.

Ratio quia in illis quantitas dampni estimari
pōt. & sic corrigens emenda subsequi. In istis
autē nequit. cū non possit cōstare in quot hōinū
corda mediate vel immediate detrahens bonam
opinionem & famam eius cui detraxit occidit
atq; furtive bonū fame qđ inē oīa alia corpalia
& huius vite bona multum est p̄ciosū subtrahit
vñ & difficulter satisfacere ipō leso poterit. cū tñ
iuxta bñ Aug⁹ dictū. Peccatū non dimittitur
nisi restituatur ablatū. quō autē restituet cum
ignoret quātū debet. Itemq; inter cetera peccā
istud videtur quodāmō inhumanius & bestia
lius. qz lupinū dī nāq; qz mīsus mīsum nō cōme
dit. nec canis canē. nec bestia aliqua bestia sue
sp̄i. s; bñ alteri. sola lupa excepta. que ut aiūt
cū fame p̄mitur lupū comedē non veretur. sic &
detractor homo hōiem sue nature cōsorte; tanq̄
lupa rapacissima dētib; detractōis rodē comedē
& occidere non erubescit. In hoc a lupa differens
q; illa comedit carnes recentes. ipē autē qñ; car
nes fetentes & iam putrefactas. cū iam viz non
tñ viuis. s; & dudum iam mortuis dētes morda
ces detractorie infigit. O aboiandū malū & valde
odiendū. Bñ ḡ sapiens vocat detractōes deo o
dibiles. cū tñ sc̄ptū sit de deo. Nihil odisti eoz q̄
fecisti. In signū magne detestacōis haut dubiū
peccā detractōis dī d̄s odire detractōes. q̄ nihil

odire solet eorum quae fecit. Aut restat dicere quod de
tractationes non sint factura sua. Non quidem secundum
essentiam sed propter singularitatem eorum malitiam. Unde
a hac de causa beatus Augustinus. vir scientia et vita
utique preclarissimus ad tantum detestabatur hoc vici-
um ut circa mensam ubi ceteris de facili liguae peccatum
iuxta beati Gregorii de diuine epulone sententiam se-
imiserit scilicet haec metra ut in eius legenda inuenitur
scripta haberet. Quisquis amat diuitis absentiam
indere vitam. Haec mensam nouerit indignam fore
sibi. Et ut factum approbaret quod scripto statuerat
Cum quidam episcopi ut ibidem legitur ad eius mensam
cepissent incaute laxam linguam in detractationem ab-
setum agebat nisi cessaret ipse illa metra deleat
de mensa recedere vellet. Hinc etiam quod religionum
fundatores considerantes multiplex in lingue vicio
perdere anime periculum scelerunt prouidentissime per summo
remedio iuge per loco et tempore suis sequacibus silen-
tium certas penas in robur sanctionum suarum contra
transgressores adicietes. Et dicitur est experientia do-
cte quod ubi censura haec silentii obseruatur artius
ibi religio viget laudabilius et proficius. Porro
quamquam custodia oris cuique sit necessaria propter
caueda mala praedicta specialiter tamen haec opportuna
est religiosis et sacerdotibus christi quorum ora non
diabolicis iaculationibus sed diuinis die nodumque
laudibus repleta esse debent. maxime etiam prope

*Hanc mensam
nam vitium
nouerit esse
sibi.*

illa tremenda sacrosca. corporis a sanguinis mi-
steria que ipoz ora quasi quotidie tangere ha-
bent, Demu male loqui volens de alio debz pri-
mum cōsiderare seipm. fragilitatē suam. a ppos
defectus. a quomō indigz etiā ipē mīa dei ne ca-
dat. sicut ille cecidit de quo loqui intendit. ymo
iam similiter a forte plus grauiter cecidisset. ni
si diuina gracia se preseruasset. Nemo quippe
est sanctus aut innocens vitibus suis. Penset
quoqz si ipē esset in statu alioz ut alij faciūt fa-
ceret a qūqz peius. Occasione namqz peccandi
que valde multiplex est data. Difficile est non
peccare. ymo singulare dei donum tunc peccatū
posse vitare. Nam si homo qui non nisi se a ling-
uam suam regere habz ita sepius deficit. occasi-
one se offerēte. ut cadat tam facile in peccatum
detractionis a cetera mala nec pōt esse dñs sui
iphus. quid rogo hic estimare pie debbit de ce-
teris qui non solum se sed a alios multos diū-
soz a mirabiliū morū regere hnt. Nōne si q̄ vi-
scera pietatis a fraterne caritatis in eo fuerint
pro hys talibz si nō oia pūctualit̄ ad rectū diri-
gūt. magis deuote orabit. q̄ detractorie lacerat.
Regraciabitur itaqz deo qui se in tuto collo-
cauit. a cōpatietur fratribus. quia omnes vnū
habemus patrem in celis. tam varijs a multis
periculis. etiā non tantum p se s̄ a p cōmuni

salute' expositis, Demiq; timeat nichilominus
sibi vsurpare diuinū iudiciū, cū nō veretur iudi
care alienum seruum, q̄ suo dño stat aut cadit.
Stabit autē potius qm̄ potens est deus stabilie
eū. Hoc enī pie debet potius p̄sumi q̄ ut odep
netur. Talia eī innumera in scripturis sacris
sūt & ex dictamine etiam plura similia sūt iuris
tā diuini q̄ humani quib; homo se iuuare oera
tam pestiferū viciū lingue poterit piter & munire.
Que & diligēter debet attēdere & aduertere & in
effectū deducere, ne alias frustra sit quicq̄ boni
agit. Aduertat etiam q̄ licet pene totū huma
num genus p̄ccō lingue omumit piciteē. Pauci
tū sunt qui debite inde oterātur ofiteātur & satisf
faciant. ymo repūtur nōnulli adeo mentis &
oculis ceci q̄ detractiones adulaōes calūnias
& ceteras maifestas oris damnandas neq̄ uias
non reputent apud se p̄ peccatis. Qui si foret
de lapcoꝝ numero litteras ignoratiū viderētur
ut cūq; excusādi nūc autē excusacōez nullā ha
bent de peccato suo. q̄ p̄hdolor lrātī & clerici &
qñq; habitū religiosi sunt. Timere q̄ merito
deberent ne si abutantur lingue sue bñficio ad
deum laudandū & ppriam salutem opando con
cesso, in extrema necessitate sua videlic; in hōre
da mortis hora vsus debitus tam nobilis domi
iusto dei iudicio subtrahatur, cum eo p̄maxime

indigebūt ad cōfitendum peccata sua. ⁊ exponē
dum necessitates suas. ⁊ ad emendas aīmas
suas. deo ⁊ sanctis suis ⁊ eorū amīcīs. Longius
q̄ intendebamus ⁊ forsan diutius q̄ debuerā⁹
de vicio lingue differuimus. s̄ nemini displice
at. nullus sinistre diiudicet. pro omni bono fa
ctum est. coram deo loquimur. nulli in oteptam

**Explicit questio notabilis de Custodia lin
gue ⁊ corde bñ ruminanda. Venūbilis viri
Maḡi Joh̄ Gerson. Sacre Theologie docto
ris. ⁊ Cancellarij parisiē.**

LANDES-
UND STAAT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

